

=====
<Sophismata Vindobonensia>

1. ¶ ‘Animalum aliud sanum, aliud aegrum’
haec est divisio generis,
ergo est per se;
sed / non generis in species nec totius in partes nec vocis,
ergo non est per se.
Vel sic /
est divisio per accidens,
ergo non est per se.
Instantia¹ ‘divisio est argumentum’ est / divisio generis,
ergo per se;
sed ‘hoc valet’ est divisio generis in species,
ergo est per se. /

2. ¶ Divisio generis alia in species et per species, utpote quando dividuntur / sunt species specialibus designata nominibus; vel fit in species et per differentias, / quando dividuntur sunt species differentiarum nominibus designata. Haec divisio generis / in species, ut dicit Boethius, habet se ut opposit--- ut privatio et habitus vel ut affirmatio / et negatio, et debet esse sufficiens ut terminus.

Probo quod illa divisio generis, / quae fit per opposita ut privatio et habitus, non est sufficiens. Privatio et habitus sunt illa, ut ait / Aristoteles, quorum alterum non est necesse semper inesse suo sub(ceptibili). Sed / talia non sufficienter dividunt genus. Ergo illa divisio generis non est sufficiens. / Non est ergo verum quod divisio generis in species et per differentias sit sufficiens, ut / dicit Boethius.

Instantia. Aliud est privatio et habitus, aliud habere se ut privatio et habitus. Illa / habent se ut privatio et habitus, quorum alterum positum ponit proprietatem unam et remanet contrariam, ut rationale ponit rationale / et irrationale removet. Et hoc significat substantiale, et necesse est alterum / inesse sus(ceptibili), significaturque nominibus quorum unum est distortum ab / alio, alia vero significat accidentale nec non est semper, aliud / inesse s(uo) sus(ceptibili) disig(natur)que nominibus quorum unum non est distortum ab / alio, ut sanum et aegrum, album et nigrum, calvum et

¹ Instantia] *ø et dehinc similiter W*

capil(latus). /

3. ¶ Indocti possunt facere doctum.

Instantia. Non est inconveniens, quia etiam / multi pauperes possent ditare aliquem in opem ero/gando singulos nummos.

4. ¶ Habita scientia inveniendi arg(umentum) /

aliquis scit def(inire, di(videre), et colligere,
ergo habet scientiam

def(iniendi), di(videndi), / colligendi,

ergo est dialecticus; et sic habita parte / habet totum.

Instantia scit def(inire), di(videre), et col(ligere),

ergo est dialecticus; /

vel ergo habet scientiam def(iniendi) etc.

Non valet, quia diceret quod esset / copiosus in inve(niendi) et iu(dicandi).

5. ¶ Divisionum alia per se, alia per accidens. / Haec divisio est sufficiens et per opposita.

Probo quod² est per opposita. Illa divisio / est per se, quae non eget aliquo accidenti; illa est per accidens, quae eget. / Sed egere et non egere sunt opposita. Ergo illa divisio est per opposita. /

Probo contra. ‘Col<or>atorum aliud album, alium nigrum, aliud medio colore / coloratum’, haec est divisio totius per partes; et est divisio accidentis in accidentia, / quia divisum est accidens et dividenda sunt accidentia. Et sic non est per opposita. /

Non sequitur quod si di(visum) est accidens et dividenda sunt accidentia, / ergo sit divisio accidentis in accidentia. Falsum. Modo ‘animalium aliud rationale, aliud / irrationale’, illud quod dividitur est genus et dividenda sunt species, non tamen / est divisio generis in species, quia oporteret ut divisum de di(videntibus) / universaliter praed(icetur). Sic etiam prior divisio non est accidentis in accidentia, quia divisum non / coaccidunt divisio ut partes praedicentur et re(moventur) ab illis. /

6. ¶ Dicendo unum verum, dico duo falsa.

Probo. Si Socrates est / margarita, Socrates est lapis.

Instantia. Non est verum, quia diceret quod, dicen/do unam propositionem verum ibi proponentem, dicerem duas / `falsas duo´ f(alsa)

² quod + [n(on)] W

ibi proponentes³.

7. ¶ Quaeritur utrum omne proprium sit proprie / [proprie] proprium alicuius speciei.

Contra. Hoc proprie proprium, scilicet dividere / verum a falso, est proprie proprium affirmationis et negationis, quae sunt species enuntiationis, / ut dicit Boethius. Ergo aliquod proprie proprium alicuius speciei non est proprie proprium. / Affirmatio et negatio non sunt aliqua species, immo aliquae, quia duae. /

Instantia. Omne proprie proprium etc intellectum est alicuius vel aliquarum specierum. / Hoc enim proprie proprium, scilicet dividere verum a falso, ita est proprie proprium istarum / specierum quod neutrius divisim.

Vel potest dici quod hoc proprie proprium / non est proprie proprium harum, sed huius speciei, scilicet contradictio. De hac / enim conversim praedicatur hoc modo: ‘Quaecumque dividunt verum a falso, sunt / contradictio’ et ‘Quaecumque sunt contradictio, dividunt verum / a falso’. Notandum quod contradictio dicitur affirmatio cui contradicitur, / negatio quoque quae contradicit, et utrumque simul, et ita est propositio / et non est propositio.

8. ¶ Hoc ipsum ‘contrarium albedini’ est universale.

<Instantia>. De natura / quidem est universale, non tamen actu.

9. ¶ Haec species ‘homo’ praedicatur de pluribus differentibus numero / etc, ergo est species.

Contra. Praedicatur de pluribus differentibus specie, quia de hoc / universali ‘vir’ et de Socrate, quae differunt genere.

Instantia. Differunt per ass(-----), / non per praed(icationem).

10. ¶ De quo praedicatur species, et genus.

Contra. Solum risibile / est homo, ergo solum risibile est animal.

Instantia. Verum est, sed non cum quolibet / adiuncto.

11. † Haec eadem propositio est multiplex. Ergo vel sig(nificat) / duo vera vel falsa vel unum verum et alterum falsum, et hoc vel secundum se / totam vel secundum partem. Secundum se totam non significat, quia altera / pars tantum est significativa et haec significat verum. Et sic |4vb|

³ proponentes + [ø] W

ipsa non est multiplex.

Instantia. Solum quod est ibi non per se, sed cum ad/iunctione sig(nificat) verum, hoc scilicet: nulla alia res a sensibili / est homo.

Item. 'Nulla alia res a sensibili est homo, sed lapis iste / non est ri(sibile), ergo lapis iste non est homo' est syllogismus necne?

Instantia. Non est / sic prolatus, sed intellectus.

12. ¶ In hoc differt proprium a genere, quia proprium / de illo solo conversim praedicatur cuius est proprium⁴, genus vero de pluribus.

Contra. Colo/ratum praedicatur de pluribus.

Instantia. Ad esse proprii non exigitur ut de pluribus / praedicatur. 'Vel⁵ intell(ectum) est de⁶ pluribus sub se contentis'. Vel de proprie proprio [sp.] speciei dictum est. Vel praedicatur ut par / et accidentale. Vel coloratum non praedicatur <de> re bovis et / asini, sed corporis de quo praedicatur conversim.

13. ¶ Qui dicit Socratem esse aliud / a capra, verum dicit.

Instantia. Duplex est. Qui dicit hoc dictum, scilicet 'Socrates est / aliud a capra', verum dicit. Sed qui dicit 'Socrates est aliud a capra', id est qui / dicit Socratem esse aliam rem ab ~~homine, unde hoc possit inferri,~~ / falsum est.

14. ¶ Hoc ipsum 'species' et haec species 'homo' habent se ut pars et / totum.

Instantia. Cum dico 'Socrates non est haec species "homo"', ibi non re(movetur) haec / species 'homo' a Socrate, immo quoddam individuum quod subicitur⁷ cum / de universalibus agitur.

15. ¶ Utrum id quod praedicatur de pluribus differentibus numero sit specialissima / species.

Contra. Hoc esse [speciei], scilicet animal rationale mortale, praedicatur sic, nec est species. /

Quod hoc non sit species, probo. Non est species alicuius individui, quia nec / Socratis. A minori.

⁴ conversim praedicatur - proprium] praedicatur - proprium conversim *et convertenda indic. W*

⁵ 'Vel - contentis' *i.m. folii 4vb supra add. W*

⁶ d(e) pl(ur)ib(us) *scripsit et expunxi videtur W*

⁷ subicitur] subicⁱ *W*

Instantia. Cum dicit ‘omne id quod praedicatur etc est species’, / intellecta⁸ est res una numero; cum autem dico ‘sed id esse, scilicet animal / rationale mortale’, non unum subicitur, immo tria.

16. ¶ Utrum omne universale / sit genus vel differentia etc.

Contra. Vir est accidens, ergo potest / adesse etc.

Instantia. Est accidens, id est non substantia.

17. ¶ Dicit Porphyrius: genus / semper dividitur in plures species.

Contra. Animalium aliud Socrates, aliud Plato. /

Instantia. ± exigit ut plures sint, et saltem duae.

Item. B. est quod/dam genus habens tantum me et phoenicem, destruitur phoenix.

Instantia. / Licet non habeat, tamen est aptum ad habendum.

18. ¶ ‘Animalium aliud Socrates, / aliud Plato, aliud neutrum’.

Haec est divisio totius in individua, et est per opposita / ut affirmatio et negatio.

Instantia. Animal neutrum positum est cuiusdam vis. /

19. ??? ¶ Individua sunt infi(nita) n`e`cne.

Omnia quae sunt actualiter / fin(ita) sunt, ut ait Boethius in com(mento). Item per simile, ut de congregationibus. / Item. Continentur numero, ergo fi(nitum) vel infi(nitum).

Contra. Porphyrius: infinita / relinquenda sunt, ergo individua.

20. ¶ ‘Domus alia [p.] pari/es, alia tectum, alia fundamentum’.

Domus dividitur hac divisione ete.

Instantia. ± / Homines dividunt domum hac divisione. Vel haec divisio ostendit / domum dividi h ~~divisione~~.

21. ¶ Prius et posterius sunt rel(ativa). /

Contra. Praesens dies est prior crastina, ergo illa dies est.

Instantia. Praedicatur / vel praedicabitur vel praedicatum est.

23. ¶ Plura sunt in syllogismo / quam in entymemate.

⁸ intellecta] i(n)tel(lectu)s seu intell(ecta) W

24. ¶ Hominum⁹ alia pars corpus, alia anima; / sed Socrates est homo, ergo Socrates habet animam.

Instantia. Non est ibi locus a toto / integro vel universali, immo a pari, quia homo et habere animam partem / sui paria sunt.

25. ¶ Coloratum¹⁰, ut dicit Porphyrius, intenditur et / remittitur.

Instantia. Non ipsum, sed partes eius, scilicet album et / nigrum. Vel ipsum etiam intenditur et remittitur, ut iste est colora/tior isto.

Obicitur. Dicit Porphyrius: proprie proprium non recipit magis / et minus.

Instantia. Intellectum est de proprie proprio specialissimarum specierum. /

26. ¶ Omnia alia a primis etc¹¹.

Obicitur de animali et de albedine. /

Instantia. Avetus pro hypothetica disiuncta accepta, falsum est, hoc / modo: Vel omnia alia a primis sunt in primis, vel omnia alia a primis / dicuntur de primis. Si vero categorica de disiuncto praed(icato) et sin/gulariter, vera est, hoc modo: Unumquodque, quod est aliud a primis, vel est / in primis vel dicitur.

27. Adhuc op(ponitur) de trisyllabatione, quae est / in aere ut in subiecto.

Instantia. Aer part(icipat) trisyl(labationi), sed non ut propria / forma, immo ut propria forma vocis; et ideo non dicitur ‘aer tri/syllabus’, ‘immo vox trisyllaba’.

28. ¶ Quoties praedicatur de aliquo etc. /

Contra. Sensibile et animal.

Instantia. Quotiens genus praedicatur de aliquo, ut sit / genus respectu eius de quo praedicatur, verum est. Vel intellectum est / in reg(ulari) praedicatione quam facit quantitas et qualitas; quantitas ut / maioritas vel paritas; qualitas ut sit substantiale / et accidentale.

29. ¶ De figura ~~ortogona~~ et lineis et punctis. /

⁹ Hominum] O(mn)iu(m) W

¹⁰ Coloratum] Corolatum W

¹¹ etc, *scil.* vel sunt in primis vel dicuntur de primis

30. ¶ Utrum aliqua lectio sit diurna, propterea quia aliquis le/gens sput vel spuēt.

Instantia. Licet aliquis legens spuāt, / non minus per totam diem legit. Non enim circa aliud aliquod opus / est occupatus.

31. ¶ Duo contraria in eodem simul esse non possunt. /

Contra. De virtute et vitio, castitate et ava(ritia).

Instantia. Dictum / est de specialissimis speciebus, non de generibus, quae possunt.

Sed contra. Videtur quies / in qualitate et motus in contrariam qualitatem ut albedo et nigredo / sunt in digito.

Instantia. Non, quia hoc esset circa eandem p(-----). Vel potest / dici quod quies in qualitate et motus in contrariam qualitatem non sunt contraria, quia / esse contraria dictum est de specialissimis speciebus eiusdem generis. |5ra|

32. ¶ Quaeritur si sit argumentum: Si species aliquorum generum non sunt contrariae, nec ipsa genera. /

Non est argumentum, quia ‘individuum albedinis non est contrarium indivisio nigre/dinis, ergo albedo et nigredo non sunt contraria’, falsum est.

Probatum iterum / quod quies in quali et motus in contrario quali non sunt contraria, quia sex species / motus inter se contrariae sunt una uni, ut generatio et corruptio et cetera, / et ita hae species non sunt contrariae speciebus alterius generis, sed motus, quia unum / pluribus contrarium esse non potest.

33. ¶ Decem generalissima sunt decem res, / ergo sunt decem.

Non sequitur, quia diceret quod ratione substantiae essent di/versa, ita quod unum non intelligeret in alio nec esset pars / eius / nec fundaretur in illo. Numero quoque non differunt, quia ad posi/tionem unius vel omnium non potest fieri progressio ad numerale / nomen, sicut de pede et manu.

34. ¶ Omne grammaticum est homo, sed anima / est grammatica, ergo anima est homo.

Instantia. Aequivocatio est ibi, quia cum dico ‘omne grammaticum / est homo’, id est omne quod habet hanc scientiam per

applicationem¹² subiecti; sed cum / dicit ‘anima est grammatica’, id est habet scientiam naturaliter. Et ideo non valet.

35. ¶ Ne/cesse est omnia contraria in eodem genere esse, ut album, nigrum; vel in contrariis generibus, ut iustitia et iniustitia; vel ipsa genera esse, ut / bonum et malum. Sed si haec sunt contraria, ergo substantiae.

Instantia. Substantiae / non sunt contrariae, sed qualitates quae insunt substantiis, ut bonitas et malitia. /

36. ¶ Quaecumque praedicantur de differentia ut differentiae, praedicantur de omni specie et de / omnibus eius cont(entis), cum¹³ quod sit differentia rationalis, praedicatur de ea ut / differentia, id quod est uti ratione.

37. ¶ Socrates et manus Socratis differt / specie, ergo numero. Instantia. Dictum est de disperatis et numero discretis. /

38. ¶ Veg(eratum), sen(sibile), ratio(nale) sunt partes animae. Contra. Anima est res simplex, / ergo caret partibus.

Instantia. Habet partes non proprie, sed <secundum> similitudinem¹⁴. /

39. ¶ Dicit Boethius: nulla divisio invenitur maior denaria et mi/nor quaternaria.

Instantia. Nulla ens in terminis continentibus / omnia. Vel quae ita bene explicet de omnibus rebus quod sint ut / ista vel quantitatem et qualitatem.

40. ¶ In hoc differunt differentiae a genere / quod differentiae simul iunctae constituunt aliquod totum, genera / vero non.

Contra. Substantia, accidens, universale et singulare sunt genera.

/

Instantia. ~~Ibi tunc~~ non sunt genera.

41. ¶ Quicquid ponitur in descriptione alicuius, / est minus vel par ei in descrip(tione) eius ponitur.

¹² applicationem] apli. W

¹³ cum quod] Cu(m)q(ue) W

¹⁴ similitudinem] similitudia(n)im(a)e W

Contra. ‘Genus praedicatur etc’, / hic ‘species’ ponitur in descriptione generis, nec est maior vel par, / ergo mentitur.

Instantia. Ibi non ponitur ut species, immo ut differentia. /

42. ¶ ‘Socrates non est homo’. Aliquod falsum enuntiatur ea, ergo aliquod falsum affirmatur / vel negatur ea.

Instantia. Hoc est bonum argumentum. Sed si dicis ‘hoc falsum’, / non valet, quia hoc falsum, quod ea enuntiatur, non affirmatur vel negatur / ea, immo ista propositio negat illud quod affirmatur sua affirmativa, / scilicet ‘Socrates est homo’.

43. ¶ Quicquid infert antecedens, et consequens; sed / antecedens infert consequens; ergo consequens infert se ipsum.

Instantia. Non valet, quia ‘quicquid’ est accusativi casus.

44. ¶ ‘Socrates est asinus’. Tu scis / quod significatur ea propositione, etc.

Instantia. Nescio quod significatur ea, quia / illud non est; sed scio quod significatur ea, id est intelligo et expl(icite) / scio illud.

45. ¶ Quicquid est proximum ante individua est species specialissima.

Contra. / ‘Animal mortale’ hoc genus proximum est ante Socratem et Brunellum, quia nil est sub / eo quod proximius continet illa duo, quia nec homo nec asinus.

Instantia. / Ante haec individua non est aliquod proximum, quia non est aliquod totum esse / horum individuorum, cum ipsa substantialiter differant.

Item. Hoc non est proximum / ante haec, quia nec ante Socratem nec ante Brunellum, quia illi homo, isti asinus. /

Auctoritas sic est intelligenda quod sit proximum ante unumquodque illorum, / quod non habet hoc genus ‘animal mortale’.

46. ¶ Perempto genere perimuntur omnes differentiae, / sed peremptis differentiis non perimitur genus.

Contra. Perempto singulari / perimitur prima et secunda substantia.

47. ¶ Quorumcumque definitiones sunt di/versae, et ipsa sunt diversa.

Contra. Homo est animal rationale mortale et animal est substantia / animata sensibilis.

Instantia. Non sunt diversae, nisi velis dicere: una / non est altera.

48. ¶ Socrates scripsit hanc propositionem ‘Socrates non est homo’, Pla/to delevit ‘non’, etc.

Instantia. Socrates scripsit hanc propositionem affirmativam, id est intentionem habuit scribendi hanc propositionem affirmationem. Falsum est. / Si dicis: Socrates hanc propositionem scripsit affirmativam, id est his litteris affirmativam propositionem / repraesentavit; verum est.

49. ¶ Socratem mori est necesse, ergo Socratem mo/ri est possibile, ergo est contingens, ergo habet se ad esse et / non esse.

Instantia. Si accipis ‘contingens’ ut Boethius, id est quod habeat / se ad esse et non esse, falsum est. Si dicis: est contingens, / id est existit et verum est; hoc liquet.

50. ¶ Proprie proprium quantitatis est secundum / eam dici aequale et inaequale.

Contra. Quantitas quae adiacet / mundo non potest dici aequalis vel inaequalis, ergo non convenit omni / quantitati, ergo non est proprie proprium ei, ergo falsum est quod dicit Aristoteles.

Instantia. Aequa/lis est quantitati quae fuit in archetypo mundo.
/

51. Item non convenit soli quantitati, quia et substantiae.

Instantia. Cum di/co ‘haec substantia est aequalis illi substantiae’, ibi tota doctrina / redundat circa quantitatem, id est quan(titas) illi quan(titati). **|5rb|**

52. ¶ Omnis disiuncta hypothetica affirmativa fit in contrariis medio / carentibus, ut ‘Socrates est sanus aut est aeger’.

Contra. ‘Hoc lignum / aut accidens est aut substantia’. Haec est hypothetica disiuncta / affirmativa, et non est in termi(nis) contrariis, ergo falsum dicit Boethius.

Instantia. Termini illi non sunt contrarii, scilicet ‘accidens’ et ‘substantia’, quod scilicet substantia / est secunda substantia, quia dicit Aristoteles: nihil est contrarium substantiae. /

Item instantia. Hypothetica disiuncta fit in contrariis terminis, /

et termini carent medio, non tamen removet quin / fiat in terminis non contrariis.

Item instantia. Fit in terminis / contrariis, id est oppositis ut contraria.

53. ¶ Si species continetur / ab aliquo, individua eius continentur ab eodem.

Contra. Species / continetur ab incorporea substantia, ergo individua eius / debent contineri ab eodem, ergo Socrates et Plato sunt incorporea substantia. /

Instantia. Contineri pluribus modis accipitur.

54. ¶ Dicit Porphyrius: / substantia est supremum genus, corpus medium, animal ul/timum.

Contra. Animal non est ultimum genus, quia habet hoc genus / 'avis' sub se.

Instantia. Cum Porphyrius dicit 'animal est ultimum genus', / ibi legitur de generibus in praed(icamentali) linea proprio nomine desig/natis.

55. insolubilia ¶ Quidam dicit 'Socrates est asinus', alius dicit 'Socrates est lapis', / tertius dicit 'nos mentimur'. Dixit verum necne?

Probo / quod dixit verum. Dixit illos duos mentiri, ergo dixit verum. /

Probo quod dixit falsum. Dixit¹⁵ se mentiri, `et¹⁶ hoc est falsum, ergo dixit falsum´.

Et sic dixit verum et falsum. /

56. ¶ 'Socrates praedicatur de pluribus' 'animal praedicatur de uno solo'. Nunc dixi / duo vera vel duo falsa vel duo talia quorum unum sit / verum et aliud falsum.

Respondetur. Duo falsa dixisti.

Probo quod dixi / duo vera. Utrum. Dixi alterum illorum praedicari de pluribus; / sed alterum illorum praedicari de pluribus est quoddam verum; ergo / dixi quoddam verum.

Similiter. Dixi alterum illorum / praedicari de uno solo; et hoc verum est; ergo dixi duo vera. /

Contra. Probo quod dixi duo falsa. Utrum. Dixi animal de

¹⁵ dix(it)] dixi a.c. W

¹⁶ `et - falsum´ i.m. dextr. f. 5r addid. W

uno / solo praedicari et Socratem de pluribus; ergo dixi duo falsa.

Quod autem / non dixit duo¹⁷ talia quorum unum sit verum et alterum / falsum, hoc patens est, quia probavi quod dixi duo falsa. /

Instantia. Quando dicis ‘alterum illorum praedicatur de pluribus’, multiplex / est. Si dicis: dixi hoc prolatum, scilicet ‘alterum illorum / praedicatur etc’, falsum¹⁸ est. Sed si dicis: dixi alterum illorum / praedicari de pluribus, scilicet Socratem dixi praedicari de pluribus, hoc verum¹⁹ est. / Et sic de aliis.

57. ¶ Si tempus non est, dies non est; et si / dies non est, nox est; et si nox est, tempus est. Ergo si tempus / non est, tempus est.

Instantia. Cum dicis ‘si tempus non est, dies non est’, / ibi non retinetur ‘est’ in sua significatione, immo acci/pitur ‘est’ pro ‘esset’. Sed cum dicis ‘si dies non est, nox / est’, ibi retinetur ‘est’ in sua significatione. Et sic non / procedit oppositio.

58. ???¶ ‘Si Socrates est homo, Socrates est animal’ haec est propositio, ergo est / oratio.

Probo quod non est oratio. Partes eius extra significant / ut affirmatio, ergo non est oratio. A definitione ~~re~~(—).

Instantia. Est propositio, ergo / est oratio largo modo vel orationes.

59. ¶ Substantia a ge(nibus) supra est / homo necne?

Si dicit ‘est homo’, oppone sic. Simi/liter substantia a genibus infra est homo ~~∴~~, ergo homo venit / in constitutione hominis; quod est inconueniens.

Item probo quod duo opposita praedicantur / de eodem, ut homo qui est a genibus supra non habet pedes et / qui est a planta supra habet pedes; quod est inconueniens.

Item / probo secundum hoc quod Socrates universale est. Omne quod praedicatur de oppositis, / universale est. Sed Socrates praedicatur de his oppositis, scilicet habere pedes et non habere pedes, / ut cum dico ‘habens pedes est Socrates’ ‘non habens pedes est Socrates’. Ergo Socrates est universale. Quod est inconueniens.

Si dicit ‘substantia a gentibus / supra non est homo’, oppone sic.

17 duo] un W

18 f(alsum) sic W, sed verum legendum

19 uer(um) sic W, sed falsum legendum

Abscissis genibus / substantia a genibus supra est homo necne? Si dicit, /
'non est homo', proba sic: est animal rationale mortale, ergo est homo. Si
/ dicit 'est homo', oppone sic: ergo diminuendo / substantiam quandam feci
hominem quandam, quod est inconueniens. /

Instantia. Cum dicit 'substantia a genibus supra est homo', male /
loqueris, quia non est substantia, immo substantiae. Et illae / substantiae
non sunt homo nec constituunt hominem, / quia iam diceret quod
constitueram per se sine aliis / partibus, quod falsum est. Postea si dicit
'partes illae / animatae sunt', verum est. Anima? Non, immo
animatione. /

60. ¶ Homo est albus²⁰

²⁰ *hic librarius scribere desistit*